



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv  
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia  
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute  
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatvr, Index proximus indicabit

De Obligationibus, Quæ Religiosum Constitvunt, vel ad illum disponunt

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiæ, 1625**

XI. Quænam acceptio, seu acquisitio alicuius rei sit in religioso vitium  
proprietatis, & contraria voto paupertatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93480](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93480)

ne, seu conſervatione; ac denique in diſpenſatione, seu conſumptione talium bonorum; quia ergo religioſi, non obſtante voto, & accipiunt haec bona ſaltem, quoad poſſeſſionem, seu retentionem facti, & retinent illa, & illis etiam utuntur uſque ad conſumptionem, in ſingulis explicare neceſſe eſt, quando ita ſunt ut eis cenſeatur moraliter dominium uſurpari, & contra votum fieri; & conſequenter, quae conditiones concurrere debeant, ut licite, & iuxta voti exigentiam ſiant. Poſſunt autem haec actiones tam circa bona mobilia, quam immobilia exerceri; ordinariè autem prout à Religioſis ſunt circa mobilia verſantur, & ideo de illis praecipue dicemus, quia frequentia dubia moralia circa illa maxime occurrunt: in fine autem adiungemus aliquid de bonis immobilibus, quatenus à priuato religioſo poſſunt aliquando poſſideri. Aduerto autem hic non eſſe ſermonem de religioſis factis Episcopis, nec de religioſis eiectis, ſed ſolum de his, qui in vnione, & obſequentia ſuae religionis permanent, nam de ceteris poſtea dicemus.

CAPVT XI.

Quaenam acceptio, seu acquisitio alicuius rei ſi in religioſo vultum proprietatis, seu contraria voto paupertatis.

Primo dubitari poſt: quando acceptio alicuius rei ſit actus dominij, & proprietatis, & conſequenter ſit voto contraria. Regula generalis, quae in hoc aſſignari ſolet, eſt, quando religioſus priuatus accipit aliquid ſine licentia ſui praelati, & ideo cenſetur tunc peccatum mortale ex genere ſuo, niſi ex leuitate materiae fiat veniale. ita ſentit Nau. c. non dicitur, ſeu comment. 2. de Regularibus ſape, & ſumitur ex communi Doctorum ſententia in c. Cum ad Monachum de ſtatu Monach. & inſinuat in textu, nam prius prohibetur monachus habere proprium, & inde ſtatim concluditur. Vnde ſi alicuius fuerit alicuius ſpecialiter deſtinatum, non pot eſt ſumere illud accipere, ſed ab alio, vel priori, vel cellario aſſignetur; ac ſi diceret, accipere aliquid ſine facultate ſuperioris eſſe actum proprietatis, & ita etiam Greg. Lop. in leg. 14. (quae ex illo textu ad litteram ſumpta eſt) tit. 7. p. 1. & ideo omnes etiam antiqui Patres Monachorum, Baſilius, Auguſtinus, Benedictus, & ceteri ſupra citati, cum actum proprietatem non eſſe licitam monacho, ſtatim declarant non licere illi aliquid accipere, ſine licentia praelati; ut patet in c. Non dicitur, 12. q. 1. Si etiam in cap. Ioannes ſacer, de regularibus, mandatur, ne aliquis religioſus peculiare quidquam habeat, illud autem peculiare dicitur, quod ſine licentia Praelati recipitur.

Denique Conc. Trident. ſeſſ. 25. c. 2. de regularibus ſolum ex permiſſione ſuperioris permiſſit regulari vſus mobilium bonorum, & ſtatim ſubdit: Quod ſi quis aliquid, quod ſua uenero d. prehenſus, aut conuictus fuerit, in bono, ſitua, & paſſua uocep. inatus ſit, &c. ſcilicet tanquam proprietarius; ſeadeum autem eſt ratio, de acceptione rei, & de quocunque vſu, & ideo in principio eiusdem capituli dixit idem Concilium, non poſſe religioſum habere aliqua bona tanquam propria, ſed ſolum inquit ea ſuperiori ir adantur; moraliter autem tradit cenſentur, quando ab eo petitur facultas, & nomine, seu auctoritate ipſius, accipiuntur & retinentur, vel alii traduntur. Et hinc ſumitur ratio praedictae regulae; nam contraria bona temporalia ſtitenda illa, de ſe eſt actus dominij, ſed qui rem accipit in ſcio Praelato, exercet huiusmodi actionem: ergo committit contra votum exercendo actum dominij, & proprietatis; & conſtituitur, nam qui uouet paupertatem, licet uouet non habere, ita, & non ac-

cipere aliquo modo, quia accipere ad habendum ordinatur; ergo maxime uouet non accipere tali modo; ſcilicet abſque licentia ſuperioris.

Circa haec uero regulam nonnulla declaranda ſuperſunt. Primum eſt, qualis licentia neceſſaria ſit, expreſſa ne, an uero ſufficiat interpretatiua. In quo in primis certum eſt, ut res optime, & ſincere fiat, licentiam expreſſam eſſe neceſſariam, ubi commodè poſtulari poſſet, quia huiusmodi licentiam poſtulatur, & religioſa regula, & conueniens, ac ordinatus procedendi modus. Secundò eſt certum, quando non eſt commoditas petendi dante licentiam, ſufficere praesumptam, seu interpretatiuam, & quando ſuperior diſtat, uel eſt occupatus, & uiget neceſſitas, uel moralis commoditas accipiendi; tunc enim ſi quis probabiliter credat ſuperiorem dante ſuiſſe licentiam, ſi conueniri poſſet, ſine peccato proprietatis accipi poſſet. Veramen melius ſit, oportet ut acceptio ſit cum habituſine ad ordinatam retentionem, & diſpenſationem, & conſequenter, ut fiat cum intentione manifeſtandi rem ſuperiori cum primò oportunitas occurreret, ut ipſe expreſſe ratam habeat acceptioſem, uel irriter ſi uoluerit, nam hoc etiam exigit religioſa regula, & debitus ordo. item, quia licet nihil poſſit recipi, ſine licentia, ita nec retineri, ut infra dicemus; ergo eo ſaltem modo quo eſt neceſſaria expreſſa licentia ad recipiendum, ſi poſſet commodè haberi, ita etiam, ad retinendum; ergo quando illa expreſſa licentia non praecellit, propter impedimentum, illo ablato, relinquitur eadem obligatio petendi expreſſam licentiam, ſcilicet propter retentionem. Vnde obiter colligo, hoc ſolum habere locum, quando res accepta conſumpta non eſt priuſquam expreſſa licentia poruenit à ſuperiore poſtulari; tunc enim procedit ratio facta. At uero ſi res iam ſit conſumpta, ceſſat neceſſitas, quae per ſe pertinet etiam ad perfectionem paupertatis, quia ad rem, omnino praeteritam, & quae iam in futurum non pendet, impertinens eſt licentia uel conſenſus ſuperioris; nam licet illum non praebat, res non poſt eſſe infecta. Deo autem, per ſe, & ratione paupertatis, nam in ordine ad alios fines poſſet id aliquando expedire, aut melius eſſe, uel ut ſuperior diiudicet, an aliquid culpae, uel imperfectionis fuerit commiſſum; uel ad melius cognoscendam in futurum uoluntatem ſuperioris pro ſimilibus occaſionibus, uel ut quando oportuerit poſſit eſſe gratus benefactori, &c.

Tertiò dicendum eſt in rigore praeccepti ſufficere tacitam uel probabiliter praesumptam ſuperioris uoluntatem, etiam in eo caſu, in quo poſſet expreſſa licentia poſtulari, & ob aliquem humanum reſpectum, uel pudorem, aut nonnullam difficultatem adeundi ſuperiorem omititur. Haec eſt ſententia communis, quam tenuit Nauar. comm. 2. de Regularibus num. 29. ubi ipſe tacitam licentiam uocat, & Turrescremata in eodem capite, Non dicitur, art. 8. ubi probabiliter praesumptam appellat cum Thoma 2. 2. quaest. 32. art. 8. ad 1. ubi ſpecialiter loquitur de licentia neceſſaria religioſo, ad eleemoſynam faciendam. Inde uero ſumitur à fortiori argumentum, quia facilius eſſe uidetur accipere, & monaſterio aliquid acquirere, quam de bonis illius quidquam diſpenſare, & ideo uerifimilius praesumitur licentia ad accipiendum, quam ad largiendum etiam per eleemoſynam. Eandem ſententiam generatim amplectuntur D. Anton. 3. p. tit. 6. c. 1. §. 11. notab. 2. Angel. uerbo Eleemoſyna. n. 6. Cordub. in ſumma. q. 109. Lopez 1. p. inſtr. c. 156. concl. 3. ſequuntur ex noſtris Tol. in ſumma tract. de peccatis mort. c. 28. Mol. tom. 2. de inſtr. d. 276. Val. 22. diſp. 10. q. 4. punct. 3. Leſſ. l. 2. c. 41. dub. 9. n. 80. Azor. t. 1. inſtr. mor. lib. 12. c. 12. q. 2. 3. & 4.

Maiori

3. Dubitatio prima quae licentia requiratur.

4. Afferio tertia, ſi ſit licentia tacita, a ſuperiore poſſet poſtulari.

Maiori ergo ratione reputanda erit sufficiens ad recipiendum. Ratio autem, ob quam in utroque casu sufficiat, redditur à Nauarro, quia tacitum, & expressum regulariter aequiparantur, iuxta glossam in regula *Expressis* 156. ff. de regulis iuris. quæ tamen non dicit regulariter hoc ita esse, sed quandoque æquipollere, exprimere, & non exprimere, & si attentè considerentur iura, quæ allegat, solum loquuntur quando non expressum, in aliquo expresso virtute continetur: vt, v.g. cum mutuum datur, quamuis non exprimat rem esse reddendam æque bonam, intelligitur æque, ac si esset expressum, iuxta legem *Cum quid*, ff. si certum petatur; quia in ipso mutuo iuxta naturalem æquitatem illa conditio includebatur, neque amplius probat glossa in eadem leg. *Cum quid*, quam etiam refert Nauarrus, cum tamen reuera non ponat illam regulam tanquam generalem, etiam regulariter, neque citat iura, ex quibus sumi possit, in d. contrariam regulam ponit, sub verbis indefinitis, scilicet quandoque tacitum non haberi pro expresso, iuxta dictam regulam *expressis*, maxime in contractibus qui sunt per verbum, iuxta legem *quidquid*, ff. de verborum obligat. vnde significat solum in contractibus inter duos, vbi res aliqua interuenit, tacitum pro expresso haberi, scilicet quando in tali re virtute includitur supposita iustitiæ æquitate; hic autem non versamur in materia iustitiæ, sed gratiæ, & liberalitatis; nam quod Superior talem licentiam præbeat, mera gratia est, quæ in ipsis bonis accipiendis nullo titulo continetur.

Quocirca, quamuis hæc sententia tanquam plausiblem libenter audiatur, facileque recepta sit, non tamen est facile solidam illius rationem reddere; nam in materia iustitiæ non licet dare in elemosinam aliena bona sine expresso consensu domini, propter solam præsumptionem probabilem; ergo neque in materia religionis licebit; patet consequentia, quia non minus est necessarius consensus superioris in præsentia materia, quam consensus domini in materia iustitiæ. Secundo, quia in iure nunquam aliquid non expressum quidquam operatur, nisi in quantum virtute continetur in aliquo expresso; sed in præsentia nihil interuenit, in quo hic tacitus consensus superioris virtute contineatur, ergo. Maior patet ex legibus citatis, & ex ca. 2. de rescriptis, quod solet pro communi sententia citari, quia dicit in rescriptis subintelligi hanc conditionem, *Si preces veritate nitantur, etiamsi non exprimatur*, vbi glossa plura similia iura allegat, quæ omnia loquuntur de conditionibus tacitis, quæ secundum rectam rationem in ipso rescripto, aut pacto, vel quocunque alio expresso signo implicite continentur, licet non exprimentur. Atque in hoc sensu videtur dixisse Baldus in cap. *mandatum*, de rescriptis, col. 1. tacitam voluntatem coherentem expresse, haberi pro expressa, sed in corde retentam nihil operari. Quod refert, & sequitur Tiraquellus in leg. *si nunquam*, Cod. de reuocandis donationibus, verb. *libertis n. 21*. In præsentia autem nihil inuenire possumus expressum à superiore, in quo hic tacitus consensus sufficienti ratione contineatur. Quin potius (quod difficultatem habet) si consulantur regulæ omnium religionum, & attendantur verba, quæ regulariter solent Prælati generaliter proferte, potius coniectabimus, conditionem requisitam esse consensum expresse superioris, & tacitum non sufficere. Tandem augetur difficultas, quia vel hic tacitus consensus est fuisse in superiore ponitur. Primum non satis est; secundum cū fundamento dici non potest; ergo. Minor quoad priorem partem probatur, quia futura voluntas non

potest dare in præsentia facultatem; quod est manifestum in licentia, v.g. confitendi alieno Sacerdoti, quia ad illam non sufficit præsumpta voluntas de futuro, vt alibi diximus, quia non potest illa voluntas futura dare iurisdictionem antequam sit; ergo similiter non potest dare licentiam, vel facultatem; nam hæc etiam est actus iurisdictionis ex parte dantis, & aliquam potestatem moralem præbet recipienti. Altera verò pars minoris per se nota videtur, quia nullus talis actus, vel signum eius in superiori supponitur, cum ipso ignorante, res tota transfigatur.

Hæc argumeta ostendunt, quàm sit verum, quod diximus, longe melius, & securius esse operari in hac materia, cum expressa facultate; quia tamen sententia communis prædicte probabilis est, & secuta ad excusandam culpam mortalem, & fortasse in rigore etiam speculatio vera: vt rationem eius reddamus distinguere oportet inter licentiam tacitam, & præsumptam; tacita enim in rigore, & proprietate verbi dicitur, quæ in aliquo actu expresse iuxta legale, vel rationabilem interpretationem virtute continetur. Et hoc mihi probant citata iura, quæ ponderantur, vt præsumpta verò proprie dicitur, quæ per coniecturas, vel rationes probabiliter creditur futura fuisse, si superior conueniretur. De præsentia verò nullo modo existit, nec per speciale, nec per generale, aliquam voluntatem superioris. Primum ergo si hic interueniat voluntas tacita superioris, sine dubio sufficit, quia hæc non est voluntas omnino futura, & conditionalis, sed iam supponitur aliquo modo existens. Et hoc etiam probant glossæ, & iura adducta; nam licet non dicant non expressum regulariter contineri in expresso, dicunt tamen quando continetur, æque operari ac si esset expressum; non dicitur autem voluntas tacita, nisi quando secundum rectam rationem censetur contineri in aliqua expressa: ergo quociescunque talis fuerit, idem operabitur ac si esset expressa.

Dices, non posse in præsentia materia inueniri voluntatem tacitam superioris in hoc sensu, & rigore explicatam, vt obiectiones factæ videtur ostendere. Respondeo in aliquibus casibus peruenibus ad secundam conclusionem supra positam, facile esse huiusmodi voluntatem tacitam explicare; nam quando superior dat alicui facultatem ad peregrinandum, & non prohibet aliquid recipere, virtute censetur facultatem dare ad recipiendum ea, quæ alii prudenter & cum decencia religiosa recipi possunt, quia secundum rectam rationem, vna facultas in alia intelligitur implicite contineri. Atque eadem ratione, quia superior generaliter vult conuenienter, & in commodum suæ religionis administrare munus suum; ideo implicite, & tacite censetur velle, vt quando ipse est absens, in mora tunc aliquid accipi possit; sic ergo in casu secundæ conclusionis tacita, seu implicita voluntas superioris interuenit. In casu autem præsentis conclusionis vix potest hæc voluntas reperiri, aut explicari; nisi vbi interuenit consuetudo recipiendi aliquid vsque ad aliquam quantitatem absque petitione expresse facultatis; nam si scientibus, & tolerantibus Prælati talis consuetudo seruatur, illa sufficienter in dicar generalem voluntatem Prælatorum esse, vt in talibus non sit necessaria expressa licentia, saltem quoad excusandam culpam coram Deo. Et ita respectu singulorum actuum, seu receptionum, quæ postea fiunt, habet tacitum consensum. Vt autem hæc consuetudo sit rationalis, oportet, vt quantitas rei, quæ datur, vel accipitur, valde moderata sit, quia si extendatur ad res notabilis valoris, plane erit contra bonum Religionis

gionis, propter nimiam relaxationem paupertatis. Quæ verò fit hæc quantitas moderata, non poteſt, vt exiſtimo, vna regula generali, pro omniſibus religioſibus præſcribi, ſed iuxta modum paupertatis, quæ vnaquæque ſecundum ſuam regulam obſeruetur illa quantitas præſcribenda; & ideo exiſtimo in religioſibus mendicantibus minorem eſſe debere, quam in aliis. Aduerto etiam in hoc quòd talis conſuetudo rationabilis eſſe debeat, magis aggrauari ſuperiorum conſcientias, quam ſubditorum; ipſi enim non debent illam admittere ne tollerent; nam ſi ipſi ſcientes eam permittunt, & conſuetudo ſatis generalis eſt, & præſcripta, profectò excuſabit ſubditos ſaltem à violatione voti paupertatis in recipiendo, quidquid ſit in expendendo, de quo infra dicemus. Pater, quia illis ſatis conſtat de ſufficienti voluntate ſuperioris ad recipiendum; nam conſuetudo, ſiue rationabilis ſit, ſiue irrationabilis, illam offendet; hoc autem ſatis eſt, vt actus non ſit contra paupertatem. Quod in ſimili docuiſſe videtur Nauarrus Comment. 3. de regulariſibus num. 28. ad 4. & patet, nam etiam in facultate expreſſa licet mihi conſtet ſuperiorem non recte fungi officio ſuo illam concedendo, nihilominus illa vitando non pecco contra paupertatem, quamuis fortè poſſim alia ratione peccare, vel ratione ſcandali, vel cooperando ad malum. Idem ergo dicendum erit in licentia tacita, quando ex conſuetudine ſatis conſtat, etiam ſi ſuperior peccet talem conſuetudinem permittendo. Eo vel maxime, quòd fieri poteſt, vt in particulari licentia ad talem receptionem ex lege iuſta ſit, & honeſta, & ſolum ratione modi ſit reprehendiſſibilis, ſcilicet quia datur per talem conſuetudinem, quod pertinet magis ad negligentiam Prælati, quam ad proprietatem ſubditi, ille enim nunquam recipit vt proprium, cum ſemper recipiat nixus voluntate ſuperioris, & intuitu illius. Nihilominus tamen omnino debent ſubditi cauere ne tali conſuetudine vtantur, quando manifeſte conſtat eſſe in diſpendium, & relaxationem religionis, conſiderata eius regula & inſtituto, tum propter graue nocumētum religionis cui cooperantur; tum etiam, quia ſemper inferitur à ſubditis vis quadam moralis ipſis Prælati, vt non poſſint, vel non audeant iniquam conſuetudinem impedire, & quando hoc ita eſt, conſuetudo illa non tam offendit conſenſum Superioris, quam permiſſionem.

Et hinc poteſt intelligi alius modus huius tacitæ facultatis, qui eſſe poteſt per taciturnitatem Prælati videlicet inferiorem aliquid recipere, & tacere; nam cum non præſumatur ſuperior diſſimulare proprietatem in ſubdito, merito intelligitur, ideo tacere, quia conſentit, & ita cum omni proprietate dat tacitam facultatem. Hic autem modus non ſimpliciter ab omnibus probatur; nam Turrecremata in dicto cap. *Nondicatis* artic. 5. absolute dicit Superioriorem in eo caſu peccare mortaliter, & ſubditum nihilominus eſſe proprietarium. Sed de ſuperiore nunc non poſſumus abſolutum iudicium ferre, quia obiectum illud non eſt intrinſece malum, & ideo ex circumſtantis pendet iudicium tam grauitatis culpæ, quam an ibi interueniat culpa ex parte Superioris, & quam grauis ſit, & ideo idem videtur conſequenter dicendum de ipſo ſubdito, propter quod Nauarrus ſupra num. 22. duplicem diſtinctionem adhibet, vna eſt de taciturnitate permiſſiua, vel approbatiua; nam ſi ſit permiſſiua tantum, non ſufficit excuſare ſubditum, quod eſt certum, iuxta ea quæ diximus de conſuetudine, quia permittere non eſt dare facultatem; quando autem ſit permiſſiua tantum, ex circumſtantis perſonarum, rei, & occaſionum iudicandum erit. Si autem ſit appro-

batua, ſubdiſtinguit; nam vel eſt iuſta, vel iniuſta; ſi iuſta, ſine dubio ſufficiens eſt, quia nulla conditio illi de eſt, quæ ad valorem licentiæ requiratur. Si autem ſit iniuſta, Nauarrus abſolute ait, non ſufficere vt tutum reddat ſubditum in conſcientia. Sed iuxta dicta à nobis conſiderandum eſt, an illa iniuſtitia conſiſtat tantum in modo taciturnitatis: ſape enim accidere poteſt, vt materia, & perſona ſit capax, & digna tali licentia, ſi expreſſe petatur, & quòd nihilominus ſuperior male faciat permittendo illum modum libertatis, & receptionis, non petita facultate, & tunc illa culpa ſuperioris non obſtat, quominus ſubditus excuſetur à culpa proprietatis, quia illa iniuſtitia non obſtat quominus illa receptio non proprio, ſed ſuperioris nomine fiat. Si autem iniuſtitia conſiſtat in modo obtinendi licentiam ex parte ſubditi, vel in materia ipſa, ita ſentiendum eſt de tacita, ſicut de præſumpta licentia; nam vtique communis eſt, & ideo de illa conditione ſtatim tractabimus.

Super eſt dicendum de præſumpta facultate, quæ non fundatur in aliqua voluntate ſuperioris, præſenti, aut præterita; formali, aut virtuali; neque in ſignis eius, ſed ſolum in coniecturis probabilibus de voluntate futura, ſub conditione, ſi ſuperior ſciet, vel facultas ab eo peteretur; & de hac maior dubitatio eſt propter rationem tactam, quod futurum vt ſic nihil ponit in eſſe de præſenti; & conditionalis etiam nihil ponit in eſſe, quandiu conditio poſita non eſt; ergo ex vtroque capite illa facultas nulla facultas eſt; ergo non poteſt excuſare proprietatem. Nihilominus tamen cum D. Thom. dicat illam licentiam ſufficere ad eleemoſynam faciendam (cuius ſententia communiter recepta eſt, vt præter citatos conſtat ex Angelo verbo *Eleemoſyna*, num. 6. Sylveſtr. num. 7.) non eſt cur negemus ſimilem licentiam ad accipiendum ſufficere. Tribus autem modis poſſumus rationem, ſeu ſufficientiam huius licentiæ declarare. Primò, quia talis præſumptio ſemper reduci poteſt ad aliquam præſentem voluntatem Prælati, quæ virtute contineat tacitam facultatem: vt, v.g. quia ſolet ſimilis receptio eſſe grata ſuperiori; & quia experimento conſtat in ſimilibus caſibus ſolere facultatem dare ſine acceptione perſonarum; ſic enim in voluntate vnus particularis propter rationem vniuerſalem virtute continetur voluntas aliorum. Sed hæc explicatio ſerupuſoſa eſt, & incerta, nam ſape reuera non poterit excedere coniecturam de futuro. Secundò ergo explicari poteſt ratio ex intentione vouentium paupertatem: nam cum tota hæc obligatio ex voto oriatur, legitime intentioni vouentium commenſuratur; intentio autem vouentium eſſe videtur, ſe obligare ad hanc dependentiam in recipiendo à voluntate ſuperiorum hac extenſione, quòd præſumpta voluntas ſufficiat, & non cum maiori rigore. Hæc autem intentio ex conſuetudine colligi poteſt, intendunt enim ſe obligare ad paupertatem, prout eſt, vel eſſe poteſt, in vſu religioſo, iuxta probatam doctrinam. Quæ ratio probabilis quidem eſt; ſi verò attente conſideretur, ſupponit & honeſtatem conſuetudinis, & veritatem doctrinæ, cuius rationem inueſtigamus.

Tertiò ergo poteſt reddi ratio, quia licet illa voluptas præſumpta de futuro non ſufficiat, vt facultas de præſenti conceſſa intelligatur, nihilominus ſufficit ad tollendam proprietatem, quia ſufficit, vt res non accipiatur nomine proprio, & tanquam proprio, ſed nomine alterius, cui ſtatim ſubordinatur tanquam res communis. Quod ita declaro, quia duplici ex capite poteſt requiri licentia ad aliquid accipiendum, ſcilicet obedientiæ, & paupertatis. Reſpectu obedientiæ non ſufficiet quidem facultas tantum

9.  
Probatum  
tertio quod  
ad licentiam  
præſumptam.

10.

tantum præsumpta de futuro, nisi interueniat aliqua alia ratio excusans à petitione expressæ facultatis propter impotentiam saltem moralem, & ideo in eo casu, de quo loquimur, non possumus excusare religiosam ab inobedientia, & defectu contra regulam. Vnde si regula, vel obedientia sub præcepto obedientiæ posita esset, non video quomodo possit à culpa graui excusari, nisi fortè ob consuetudinem, quæ regulam relaxauerit, aut interpretata fuerit; tamen quia de facto ex vi regulæ, & obedientiæ non interuenit rigorosum præceptum, ideo ex hoc capite excusatur religiosus in eo casu à culpa mortali. Ex titulo paupertatis sola illa voluntas superioris, in rigore necessaria est, quæ ex parte materiæ (vt sic dicam) occasionem, vel modum proprietatis augeat, esto ex parte operantis non det illi facultatem positiuam operandi (hoc enim ad paupertatem non spectat) ad tollendum autem respectum proprietatis sufficit ordo ad voluntatem præsumptam superioris, vt explicatum est, & ideo sufficit etiam ex hoc capite ad excusandum à culpa mortali. Supponimus autem religiosum, qui sic accipit aliquid, non habere animum proprietarium in ordine ad retentionem, vel vsum talis rei, alioqui ex illis capitibus posset moraliter peccare modo infra declarando; nunc enim solum explicamus quid sufficiat ex parte receptionis ad excusandam culpam mortalem. Potestque hæc ratio confirmari à simili ex leg. *Inter omnes. §. rectè. ff. de furtis.* vbi dicitur non esse reum furti qui aliquid accipit, probabiliter credens dominum fuisse daturum si ab eo id petiisset; ratio huius est, quia illa voluntas præsumpta sufficit, vt destruat obiectum furti, quod in eadem lege indicatur his verbis: *Quid enim dolo fecit, qui putat dominum consensurum fuisse? siue falso id, siue verè putet.* vbi glossa alia iura citat. hunc textum citat etiam Nauarrus supra; vnde constat de vtraque voluntate, tam implicita, seu tacita, de præfenti, quam præsumpta de futuro loquutum fuisse, quamuis eas non distinxerit. Constat etiam, quod licet iura superioris citata magis comprobent priorem partem, tamen etiam hanc posteriorem habere in iure fundamentum, & in materia quodammodo magis rigorosa, vt est materia iustitiæ, & ita fere satisfactum est difficultatibus in principio tactis, & ratio, quæ sumebatur ex materia furti, potest in contrarium retorqueri.

Solum ingerit nonnullam difficultatem, quod ibi tactum est, quæ iuxta ordinariū vsum religionum, superiores non solum non consentiunt, verum potius ægrè ferunt, quod sine expressa licentia aliquid recipiatur quando illa postulari potest; ergo moraliter non potest talis licentia esse præsumpta. Vnde Gerfon. 2. p. Alphab. 34. lit. S. inquit, *Quotus probabiliter creditur, quod si superior sciret ipse non approbaret, sed displiceret sibi, & hoc displicentia graui, tunc est transgressio voti.* Quod dictum bene explicatur à Nauarro, quia si displicentia superioris, sit de ipsa receptione quoad substantiam eius, vt sic dicam, tunc omnino tollitur præsumpta voluntas, & ideo receptio proprietaria est. Si autem displicentia, quæ timeatur, solum sit de modo, scilicet, quod id fiat, sine expressa facultate, non tamen de excusandam culpam mortalem, quia excusatur à proprietate, quamuis non excusetur ab aliqua inobedientia. Quod in simili docuit optime Caiet. in summa, verbo, *furtum*, quem omnes sequuntur.

Secundò dubitari potest circa hanc licentiam; an illius necessarium sit esse iustam, vt religiosus, qui virtute illius aliquid recipit, non peccet contra paupertatē. Et ratio dubii est, quia licentia iniusta in materia voti videtur esse nulla, sicut dispensatio; ergo talis

licentia non excusat proprietariam acceptionem. In contrarium autem est, quia non omnis licentia iniusta est nulla, imò nec dispensatio in iure humano, vt alibi diximus. Neque hæc licentia videtur comparanda cum dispensatione in voto, quia reuera hæc non est dispensatio, (nec enim potest Prælati in votis essentialibus, & obseruatione eorum dispensare;) sed est moralis quadam mutatio ex parte materiæ; nam res quæ sine licentia Prælati accipitur vt propria, cum illa exiit hoc vitium. Hæc ergo licentia, seu mutatio materiæ, libera est ipsi Prælato, quantum est ex vi voti paupertatis subditi, ergo licet ex alio capite sit iniusta, valida est, atque ad eò sufficiens, vt religiosus ea vtens non peccet contra paupertatem, quidquid sit de alio genere peccati.

In hoc dubio Nauarrus dicit comment. 2. de Regularib. num. 21. refert Cardinalem Alexand. dicentem licentiam tamen iniustam excusare à peccato proprietatis, licet non excuset ab omni peccato. Quod tenet apertè Turcremata in dicto cap. *Non dicitur*; citans Humbertum; tenet etiam D. Anton. 3. p. tit. 16. Graphis 2. p. de iur. lib. 13. cap. 19. num. 30. Azor tom. 1. in iur. moral. lib. 12. cap. 12. quæst. 7. Hiergo, licet subditum in hoc casu excuset à vicio proprietatis, non tamen ab alio. Nauarrus verò multa obiicit contra hanc sententiam, at tandem concludit, Religiosum vtentem tali licentia iniusta, peccare peccatum proprietatis; addit tamen, quod si sit paratus ad reddendum cum primùm fuerit requisitus, licet tunc etiam sit proprietarius, nihilominus non incurret pœnam proprietatis, nisi priuationem Ecclesiasticæ sepulturæ, quia solum imponitur contra proprietarium occultum, & nulla vtentem facultate. Et de hac posteriore parte nulla est dubitatio. Priorem autem partem probat Nauarrus præter rationem in principio factam, quia religiosus, vtens illa licentia peccat, vt dicti auctores fatentur, & non alio genere peccati, nisi proprietatis; ergo. Probatur minor, tum quia non potest alia species peccati ibi assignari; tum etiam, quia illud peccatum est contra votum paupertatis, non enim est contra castitatem, vt per se patet; neque contra votum obedientiæ, quia illa licentia sufficit saltem, vt non sit contra voluntatem superioris: ergo contra paupertatem; ergo est peccatum proprietatis. Tum denique, quia ille non peccat, nisi quod tenet proprium sine iusta licentia, quæ non excusatur; ergo est proprietarius. Et ideo hanc sententiam tuentur Nauarra lib. 3. Rest. cap. 1. p. 3. Molina tom. 2. de iur. disp. 276.

Mihi in rigore prior sententia videtur verior, quamuis distinctione opus sit; variis enim modis potest licentia esse iniusta, primò ex parte petentis tantum, quia nimirum per vim, dolum, aut fraudem, illam extorquet, & de hoc casu nulla est dubitatio, nam certum est, talem licentiam nullam esse, quia vis & metus causant inuoluntarium; & idem est de dolo, & fraude. Quapropter si licentia fuit subreptitia, & ex falsa causa, non reddet tutam conscientiam religiosi, & idem censeo si taceantur circumstantiæ, quæ rationabiliter, & probabiliter mutarent voluntatem superioris, vt talem licentiam non concederet; quia tunc etiam ignorantia illa sufficienter causat inuoluntarium. At verò si taceatur aliquid, quod fortasse difficiliorem redderet concessionem licentiæ, non tamen absolute eam impediret, quantum probabiliter iudicari potest, id non obstat quominus licentia sufficiens sit, quia illud non pertinet ad substantiam, sed ad modum. Iuxta hoc etiam cauendū est in licentia præsumpta, vel tacita, ne fundetur

detur in aliqua ignorantia superioris: vt, v.g. si proximus Prælati videat ſubditum aliquid recipere, & taceat quia credit, vel ſupponit habere facultatem Prouincialis, quam reuera non habet, tunc enim non excuſabitur ſubditus vtens illa taciturnitate ſuperioris tanquam licentia præſumpta, quando probabiliter etiam credit ſuum proximum ſuperiorem fundari in illa exiſtimatione, quia hæc ipſa exiſtimatione excludit voluntatem tacitam, & coniecturam eius. Fieri autem poteſt vt excludat præſumptam, & tunc non obſtat, vt ſi ſubditus probabiliter credat, ſuperiorem proximum daturum eſſe talem facultatem, etiam ſi non exiſtimatione Prouincialem illam de diſſe, nolit autem ab illo petere, nec veritatem aperire propter verecundiam, vel alios reſpectus, tunc enim non erit proprietarius, licet ſit imperfectus, vel inobediens.

Alio modo contingit licentiam eſſe iniuſtam ex parte materiz: vt, v.g. ſi ſuperior det licentiam ad furandum, & quod proinde eſt, ad accipiendum aliquid ab eo, qui non poteſt dare, in quo genere iniuſtitiz poteſt etiam eſſe varietas; nam aliquando poteſt eſſe dario, vel acceptio, ita iniuſta, vt ſit etiam nulla ex ſe, & ſecluſo voto paupertatis, vt contingit in furto, & in omni acceptione ab eo, qui vel non eſt dominus, vel non poteſt dominium tranſferre; aliquando poteſt eſſe iniuſta, quamuis non iniuſta, quia ſcilicet ſit ab eo, qui poteſt donare, licet id faciat propter iniuſtam, vel turpem cauſam (ſic enim nunc iniuſtum accipimus pro iniquo;) quando ergo licentia, licet iniuſta, valida eſt, id eſt, ſufficiens, vt donatio, vel acceptio teneat, etiam erit ſufficiens ad excuſandum religioſum à peccato proprietatis. Probat, quia illa malitia eſt accidentaria, & extrinſeca ad paupertatem: vt, v.g. ſi religioſus accipiat aliquid pro ſuffragio, vel opere ſeruili faciendum in die feſto, vel per ſecularem negotiationem aliquid lucretur; in quibus caſibus & ſimilibus facile eſt diſtinguere aliam malitiam à malitia proprietatis. Denique tunc religioſus non accipit aliquid nomine proprio, ſed nomine ſui ſuperioris; & per relationem ad voluntatem eius, licet aliàs ſit iniuſtus, non eſt proprietarius. Vnde vltius addo, etiam ſi licentia, vel mandatum ſuperioris ſint proſus iniuſta quoad tranſlationem, ſeu acquisitionem domini, ſatis eſt ad excuſandam à proprietate, quamuis non excuſet ab iniuſtitia; vt, v.g. ſi concedat ſuperior libertatem accipiendi aliquid per furum, vel per vlturam, vel etiam præcipiat, ſubditus accipiendo, non erit proprietarius, quamuis ſit iniuſtus, quia non agit contra votum, cum nihil accipiat proprio nomine, vel ſine voluntate ſuperioris. Sed contra, quia qui vult paupertatem, primum omnium aliquis obligatur ad non accipiendum, nec habendum aliquid iniuſte; ergo in prædicto caſu violatur votum paupertatis, quia quoad illam materiam obligatio eſt abſoluta; ſicut qui caſtitatem abſolute vouet, primum omnium obligatur ad abſtinendum ab illicitis actibus; deinde etiam ab illis, qui poſſunt eſſe liciti. Reſpondeo negando aſſumptum, nam votum paupertatis, ſi ſit, non eſt de non committenda iniuſtitia, ſed præciſe de carentia proprii, & ideo ſi hæc carentia poſſit ſimul eſſe cum iniuſtitia, illa iniuſtitia non erit violatio voti paupertatis. Ad quod confirmandum facere poſſunt, quæ de triplici paupertate tractat Nauarrus comment. de Regal. n. 17. & ſequentibus.

Vltimò contingit licentiam eſſe iniuſtam ex parte cauſæ, ſcilicet, quia datur ſine neceſſitate, vel vti quo caſu maxime loquuntur citati authores, qui in diſſertate etiam videntur loqui de licentia ad re-

cipiendum, retinendum, vel expendendum. Sed fortale non eſt æqualis ratio de omnibus, præfertim de actu conſumendi rem, vel donandi extra religionem, vel etiam habendi peculium nimis ſuperfluum; ſed de his inſiã; nunc enim de ſola receptione agimus, & in illa ſine dubio, ſententia eſt vera cardinalis, quia illa acceptio, neque eſt inuito, neque non volente ſuperiore, ſed dependenter ab eius voluntate; ergo non eſt proprio nomine, ſed alieno; ergo non eſt proprietaria. Patet conſequentia ex dictis, quia ſola malitia extrinſeca, & per accidens coniuncta nõ ſufficit ad proprietatem. Præterea (vt reſpondeamus rationi dubitandi) quia ſuperior dat licentiam ad recipiendum aliquid, non diſpenſat in voto paupertatis, ſed ſolum conſtituit materiam in eo ſtatu, in quo ſit extra latitudinem voti paupertatis; ergo quamuis talis licentia detur ſine iuſta cauſa, non propterea eſt nulla. Patet conſequentia, quia diſpenſatio non eſt in aliquo iure diuino, imò in nullo iure diſpenſatio eſt, & (ſi attentè conſideretur) ſolum conſiſtit in faſtu quodam, ſcilicet in hoc, quod ſuperior vere, & realiter velit ſubditum hoc recipere, non ex ignorantia, aut errore, ſed ſatis voluntarie, & ideo ſi facultas à tali voluntate procedat, hoc ſatis eſt, vt ſit valida quoad hunc effectum, non incurrendi proprietatem, quidquid ſit de alia malitia.

Ad argumentum autem Nauarrus reſpondent alii authores in eo ſtatu interuenire ex parte ſuperioris peccatum infidelis diſpenſatoris, ex parte verò ſubditi peccatum auaritiæ. Sed prior pars, ſi intelligatur de diſpenſatione in voto paupertatis, in rigore non eſt vera, vt dixi; intelligenda ergo eſt, vel de imprudenti diſpenſatione in aliquo ſtatu religionis, vel in obſeruantia eius, quoad rigorem paupertatis, non quidem in carentia proprietatis (in hoc enim non diſpenſatur) ſed in abſoluta carentia talium rerum, etiam quoad retentionem, ſeu vſum facti. Quoad aliam verò partem de auaritia mihi non placet, beneque impugnat à Nauarro, quia ibi nulla eſt ſpecialis ratio auaritiæ, nec ordinariæ ſolet hic exceſſus committi ex hoc affectu, ſed potius ex affectu nimiz commoditatis humane, ſi res pertineat ad corporis geſtum, vel commoditatem, vel ex affectu vani honoris, ſeu curioſitatis, vt ſi pertineat ad ornatum corporis, vel cellæ. Dico ergo poſſe ſubditum peccare in eo ſtatu iuxta hos affectus, at tamen materia & modo operandi; item ſæpe peccare peccato ſcandali, reſpectu ſuperioris, quem inducit ad iniquam licentiam concedendam, vel reſpectu aliorum fratrum, ac totius religionis relaxationem introducendo, aut non ſe conformando in communi obſeruantia ſuo toti ſine legitima cauſa; poteſt etiam peccare contra paupertatem, & non peccato proprietatis, ſed cuiusdem exceſſus in abundantia rerum etiam non propriarum, nec appropriatarum (vt ſic dicam,) quia moderatio etiam in his rebus poteſt cadere ſub votum, & exceſſus illius nõ eſt proprietatis ſed poteſt dici ſuperfluitas. Vnde obiter in ſero, ſi talis acceptio non ordinetur ad vſum aliquè ſuperfluum, & excederem limitem paupertatis promiſſæ, quoad hanc moderationem, ſolam acceptionem non eſt contra paupertatem, quantumuis licentia aliàs ſit iniuſta, vt ſi res accepta non retineatur à priuata perſona, ſed ſtatim ad alium vſum deſtinetur ex voluntate ſuperioris; vnde ſtando intra limites acceptionis, reuera nunquam eſt ex hoc capite contra paupertatem. Ad argumentum ergo Nauarrus negatur minor, ſcilicet, non poſſe hic interuenire aliud genus peccati niſi proprietatis. Ad primam verò probationem iam declarata eſt multiplex alia malitia, quæ ibi eſſe poteſt. Ad ſecundam negatur conſequentia; nam

17.

contra votum paupertatis potest intelligi transgressio, & malitia quæ non sit proprietatis, vt declaratum est, licet non sit in sola acceptione, nisi prout habet ordinem ad aliquæ alium superfluum vsum. Ad tertiam nego, subditum in eo casu habere proprium, siue iusta licentia; quia non habet proprium, imò est repugnantia coniungere proprium cum licentia, quia licentia excludit proprium, vel non potest dari licentia, quæ sit ad habendum, vel recipiendum aliquid, vt proprium, quia est contra votum, cap. *Cum ad Monasterium*, de statu Monachorum. Tunc ergo non habet religiosus proprium sine iusta licentia, sed tenet, vel recipit aliquid sine iusta causa; etiam si non proprium, vt satis declaratum est.

18. Relinquitur ergo ex dictis illam tantum acceptionem esse proprietariam, & per se contrariam voto paupertatis, quæ sit sine licentia tacita, vel probabiliter præsumpta, aut expressa superioris, eique sufficienter voluntaria, id est, sine vi, metu, aut fraude extorta. Iam verò superest explicandum, an sufficiat licentia, seu voluntas superioris debita, quamuis nec tacite, nec expresse concessa præsumpta sit, sed potius contraria displicentia superioris sit præsumpta, vel etiam expresse declarata, negando scilicet facultatem petitam imprudenter, & irrationabiliter, quia supponimus facultatem secundum rectam rationem fuisse debitam. Nam Alphonsus Medoça in suis quodlibetis, primò sentit, facultatem debitam esse sufficientem; ait enim excusari religiosum à culpa mortali, etiam si contra voluntatem expressam superioris duos argenteos recipiat, aut erogat; non videtur fundari in leuitate materiæ, nisi quoad hoc, quòd ratione illius voluntatis superioris est irrationabilis; sequitur ergo idem esse dicendum quotiescunque aliunde constiterit, voluntatem superioris esse irrationabilem, etiam si quantitas materiæ magna sit. Sequitur etiam illud non tantum peccatum mortale non esse, sed nec veniale; quia (vt ipse ait) quando licentia irrationabiliter negatur, adhuc subditus censetur operari cum licentia rationabiliter præsumpta. Limitat autem hoc nisi superior prohibeat in virtute sanctæ obedientiæ; nam tunc censet, obligare sub mortali, etiam in materia duorum argenteorum.

19. Ego verò censo licentiam tantum debitam non sufficere, id enim in antiquis authoribus non lego, nec videtur mihi rationi, vel religioso statui consentaneum. Dico ergo, si probabiliter præsumptam superiorum negaturum facultatem, mihi non licere recipere, etiam si irrationabiliter esset negaturus, quia, vt paulo antea dicebam, hoc negatum magis consistit in facto, quam in iure, & ideo si de facto res est inuoluntaria superiori, votum paupertatis semper obligat, quia nondum est materia illa constituta extra latitudinem eius. Item illa acceptio non potest fieri nomine superioris, cum nulla voluntas eius intercedat, nam voluntas debita, nulla voluntas est, quando contraria de facto inest; erit ergo illa acceptio nomine proprio; ergo proprietaria, & contra votum. Item si de facto superior consentiat, etiam si debuisset non consentire, id satis est vt tollatur proprietatis; ergo & è contrario, vt sentitur æqualitas, si superior de facto nolit, illi repugnare erit proprietatis, etiam si velle debuisset. Quod tandem declaratur exemplo furti; nam licet diues teneatur pauperi dare elemosynam in graui necessitate, si tamen non det, nec præsumatur daturus, etiam si ab eo petatur, non licet ab eo accipere; quia de facto est simpliciter inuoluntarius, quamuis velle debuisset, quia per hoc debitum, nec acquiritur ius proprium alteri, nec materia illa constituitur extra obiectum furti; ergo similiter in presenti, est enim in-

ter hæc proportio in superioribus explicata. Et hinc à fortiori constat, si superior expresse neget facultatem dandi, vel recipiendi, quantumuis subditus iudicet irrationabiliter negare non esse licitum illud accipere, sed contra paupertatem agere, si id faciat, quia nomine proprio, & non superioris id recipit; neque habet locum voluntas præsumpta, vbi expressa est in contrarium; quia si præsumptus dissensus, non admittit præsumptum consentium, multo magis expressa negatio, & prohibitio excludit præsumptam licentiam, quantumuis rationabilem. Vt enim licentia sit præsumpta, non satis est, quòd secundum rectam rationem sit debita, quia non semper aliquis præsumitur effecturus quod recta ratio postulat, maxime quando ipse expresse declarat se nolle id facere.

Sed contra, quia in eo casu, præsertim si materia sit parua, abutitur superior potestate, quam habet in subditum religiosum, dum vult eum tractare vt seruum, & mancipium, negando ei debitam facultatem ad honestam, & religiosam acceptionem, vel alium vsum. Confirmatur, quia si maritus neget uxori licentiam dandi moderatam elemosynam, & conformem suo statui, potest nihilominus eam dare absque peccato, vt est recepta sententia; ergo similiter, &c. Respondeo in primis ad obiectionem, etiam si in rebus sacris alterius conditionis sit religiosus, quam seruus, eiusque subiectio nobilior sit, tamen in materia paupertatis ex sententia communi Doctorum, vel illi æquiparari, vt late Nauarrus dicto comment. 2. de Regularib. num. 30. & 43. vel certillum superare in rigore paupertatis, quoad carentiam bonorum, & quoad potestatem habendi illa, & quoad carentiam non habendi, & nihilominus hoc non pertinere ad vilem conditionem, quia in seruo paupertas coacta est, in religioso voluntaria. Vnde vterius dicitur, quamuis superior neget religiosi facultatem recipiendi, vel dandi aliquid minimum, non propterea tractare illum vt mancipium, quia semper fundatur in paupertate voluntaria, & præterea licet superior in eo excedat, & imprudenter se gerat, & humano affectu moueatur, hoc non tollit voti obligationem, cum materia semper maneat in eodem statu. Vnde ad confirmationem respondetur primò, exemplum esse incertum, quando prohibitio mariti est expressa, & non continet iniustitiam, vt videtur licet in Syluestro verbo *Elemosyna*, quaest. 5. vers. 5. & deinde non est simile, quia uxor habet dominium suorum bonorum, licet non habeat administracionem, quæ marito commissa est, tamen cum debito modo, ac mensura, & ideo non potest priuare uxorem vsum rerum debito illius statui, neque ipsa se obligauit speciali voto ad carentiam omni vsum proprio suarum rerum, religiosus autem ex vi status non habet, nec habere potest aliquem vsum proprium, imò per proprium votum illum abdicauit, & ideo nunquam illa facultas est ita sibi ex iustitia debita, vt si negetur possit ipsa sua autoritate talem vsum, vel acceptionem usurpare.

Sed dicit tandem aliquis votum ipsum paupertatis non solum includere habitudinem ad licentiam datam, vel præsumptam, sed addendum etiam esse, vel debitam secundum rectam rationem, quia non obligatur quis nisi ad paupertatem rationi consentaneam, sicut non obligatur nisi ad obedientiam rationabilem. Sed hæc doctrina admittenda non est, quia, vt dixi, est contra communem sententiam Doctorum, in re morali, & graui. Nunquam enim dicunt, in materia paupertatis sufficere minorem voluntatem, quam præsumptam. Vnde ad summum addere possumus, si licentia secundum rectam

*Dubitatio  
votum an  
licentia de  
bita suffi-  
ciat.*

*19.  
Assertio  
negativa.  
Probatur  
in casu, qui  
presumitur  
neganda  
satis licen-  
tia irratio-  
nabilis.*

rationem concedenda iudicetur, & nihil aliud obſer-  
vetur, ſatis eſſe, ut ſit etiam præſumpta rationabili-  
ter, quia præſumendum eſt, ſuperiorem facturum  
quod ſecundum rectam rationem debet. At verò ſi  
aliis conſiderat ſuperiorem nolle, iam ceſſat præſum-  
ptio, & ſequenter ceſſat illa voluntas, quæ ad mini-  
mam ab authoribus requiritur, qui præterea ſolum  
excipiunt caſum extremæ neceſſitatis proximi, ut  
conſtat ex materia de elemoſyna, ubi auctores di-  
cunt in extrema neceſſitate poſſe, vel etiam debere  
religioſum facere elemoſynam, etiam prohibente  
ſuperiore, ut notat gloſſa in cap. Non dicatis 12. q. 1.  
In caſu autem minoris neceſſitatis hoc ei non con-  
ceditur, ut ex eadem gloſſa colligitur, quia exceptio  
firmat regulam in contrarium. Et expreſſe etiam no-  
tantur Angelus, & Sylveſter verb. Elemoſyna, & Ar-  
chidiaconus in dicto cap. Non dicatis, Abbas, & An-  
tonius de Butreo in cap. ſi quis, Extra de furſis. Ho-  
ſienſis in ſumma tit. de penit. & remiſſ. circa finem  
ante ſpecialeſ titulum de Remiſſionibus. §. Quid de  
ſuſceptione elemoſynam; imò videtur expreſſe ſenten-  
tia D. Thom. 2. 2. q. 12. art. 3. ad primum, ergo  
extra caſum extremæ neceſſitatis, nunquam ſufficit  
petita licentia, & non obtrata, quantumvis debita  
dicatur.

Vnde dupliciter poteſt dici prohibitio ſuperioris  
irrationabilis. Vno modo contrariè, (ut ſic dicam,) <sup>24.</sup>  
alio modo privative tantum; <sup>Quæ mabo.</sup> <sup>ſi a quanti-</sup>  
quando prohibet id quod ſubditus non poteſt o- <sup>tas ſi ne-</sup>  
mitti: niſi tranſgrediendo præceptum charitatis, <sup>ceſſaria ad</sup>  
ut eſt in dicto caſu de extrema neceſſitate. Et in eo <sup>peccatum</sup>  
ſenſu dici poteſt, religioſum non ſe obligaffe per vo- <sup>mortale.</sup>  
tum ad irrationabilem paupertatem; quamquam in <sup>25.</sup>  
eo caſu accipere aliquid ad ſubveniendum proximo <sup>Dubitatō,</sup>  
extremè indigenti non eſt uſus propriæ rei, ſed po- <sup>ſi prima an-</sup>  
tius communis, quia in illo caſu omnia ſunt cōmunia. <sup>ſi accipere</sup>  
Sub hoc tamen membro comprehendendo omnem <sup>et publicis</sup>  
caſum, in quo religioſus ex pietate, vel iuſtitia (ſi ta- <sup>et commu-</sup>  
men id accidere poteſt de quo ſuprà dictum eſt) ten- <sup>nem o. ut,</sup>  
netur ſubvenire parenti indigenti, vel debitori, non <sup>ſi peccatō</sup>  
obſtante prohibitione ſuperioris: tunc enim caren- <sup>ſi graua.</sup>  
tia talis viſus, non cenſetur competeſſa in voto pau-  
peratis, tum quia eſſet illicita, tum etiam, quia po-  
tius eſt uſus reſtitutio, aut ſolutio rei alienæ, quam  
uſus domini. Privative autem voco prohibitionem  
irrationabilem, quando ſuperior quidem ab utitur  
ſua poteſtate, & contra charitatem, vel contra iuſti-  
tiam diſtributivam, aut ſimilem virtutem agit, nega-  
do licentiam; nihilominus tamen reſpectu ſubditi  
nihil contra rectam rationem ſequitur in actionibus,  
vel omniſionibus eius. etiam ſi rigorem paupertatis  
iuxta voluntatem Prælati obſeruet; & tunc nullo  
modo poſſumus dare licentiam ſubdito ad agendū  
præter votum, nec poſſumus ita interpretari mate-  
riam voti paupertatis, cederet enim in magnam pec-  
nicentiam religionis, facile enim ſubditus iudicabit,  
Prælatum ſibi facere iniuriam, & irrationabiliter fa-  
cultatem negare. Item illa interpretatio voti eſt con-  
tra abſolutam formam eius, & nulla auctoritate, vel  
ratione fundatur, quia illa paupertas, ſeu actus eius  
in ſubdito non eſt irrationabilis, ſed honeſta, imò tā-  
to eſt perfectior, cæteris paribus, quanto ſuperior ſi-  
ne iuſta cauſa licentiam negat; ergo comprehenditur  
ſub abſoluto voto paupertatis. Tādē exemplo  
de obedientia hoc confirmo, quādo enim obedi-  
entia eſt irrationabilis, ut à ſubdito ſine peccato im-  
pleri non poſſit, tunc non obligat: at verò ſi ſolum  
ex parte ſuperioris ſit contra prudentiam, à ſubdito  
autem poſſit ſine peccato fieri, tunc illa materia eſt  
obediens, ut infra videbimus ex communi ſenten-  
tia Patrum, ergo ſimiliter in paupertate.

Quapropter non videtur mihi conſequenter lo-  
qui dictus auctor dum ait; non peccate mortaliter  
religioſum contra paupertatem expendendo duos  
argenteos contra voluntatem ſuperioris, qui facultatem  
negavit; peccate autem moraliter ſi id faciat  
contra præceptum ſuperioris id prohibens in vir-  
tute obedientiæ: nam ſi facultas illa irrationabili-  
ter negatur, & ita excuſatur peccatum mortale con-  
tra paupertatem, ut ipſe ait, etiam præceptum illud  
erit irrationabiliter impoſitum; ergo hoc etiam ta-  
tis erit, ut excuſetur peccatum mortale contra obe-  
dientiam; eadem enim eſt ratio; maxime quia ſi illa  
materia ſupponitur eſſe parva reſpectu paupertatis,  
cur non erit etiam parva reſpectu obedientiæ per ſe  
loquendo. Ex quo etiam infero in præſenti puncto  
ad formalem doctrinam traditā nihil referre, quod  
materia acceptionis, vel largitionis, de qua agitur,  
ſit magna, vel parva; nam in utraque procedit, ſerua-  
ta proportione, id eſt, intra gradum culpæ, ad quem  
materiae quantitas ſufficit. Nam ſi ſupponatur ma-  
teria duorum argenteorum eſſe parva in materia  
paupertatis, tunc de illa diſponere inuito ſuperiore,  
qui facultatem negavit, erit quidem venialis culpa,  
non propter irrationabilem voluntatem ſuperio-  
ris, ſed propter materiae parvitatem. Nec etiam in  
parva materia neceſſaria eſt licentia ſuperioris, vel  
data, vel præſumpta, ut probant omnia dicta, nam  
illa etiam eſt æqualis materia voti. Adde denique,  
quamvis illa materia ſit parva, non propterea ſtatim  
iudicari poſſe ſuperiorem irrationabiliter agere, ne-  
gando facultatem, nam propter alios fines, vel reli-  
gioni conuenientes, vel perfectioni ſubditi, poteſt  
ſæpius prudenter id facere.

qui dictus auctor dum ait; non peccate mortaliter  
religioſum contra paupertatem expendendo duos  
argenteos contra voluntatem ſuperioris, qui facultatem  
negavit; peccate autem moraliter ſi id faciat  
contra præceptum ſuperioris id prohibens in vir-  
tute obedientiæ: nam ſi facultas illa irrationabili-  
ter negatur, & ita excuſatur peccatum mortale con-  
tra paupertatem, ut ipſe ait, etiam præceptum illud  
erit irrationabiliter impoſitum; ergo hoc etiam ta-  
tis erit, ut excuſetur peccatum mortale contra obe-  
dientiam; eadem enim eſt ratio; maxime quia ſi illa  
materia ſupponitur eſſe parva reſpectu paupertatis,  
cur non erit etiam parva reſpectu obedientiæ per ſe  
loquendo. Ex quo etiam infero in præſenti puncto  
ad formalem doctrinam traditā nihil referre, quod  
materia acceptionis, vel largitionis, de qua agitur,  
ſit magna, vel parva; nam in utraque procedit, ſerua-  
ta proportione, id eſt, intra gradum culpæ, ad quem  
materiae quantitas ſufficit. Nam ſi ſupponatur ma-  
teria duorum argenteorum eſſe parva in materia  
paupertatis, tunc de illa diſponere inuito ſuperiore,  
qui facultatem negavit, erit quidem venialis culpa,  
non propter irrationabilem voluntatem ſuperio-  
ris, ſed propter materiae parvitatem. Nec etiam in  
parva materia neceſſaria eſt licentia ſuperioris, vel  
data, vel præſumpta, ut probant omnia dicta, nam  
illa etiam eſt æqualis materia voti. Adde denique,  
quamvis illa materia ſit parva, non propterea ſtatim  
iudicari poſſe ſuperiorem irrationabiliter agere, ne-  
gando facultatem, nam propter alios fines, vel reli-  
gioni conuenientes, vel perfectioni ſubditi, poteſt  
ſæpius prudenter id facere.

Statim verò occurrit dubitandum, quanam ma-  
teriae quantitas cenſenda ſit parva, vel magna, ut il-  
lam accipere ſine licentia ſuperioris, etiam præſum-  
pta, ſit peccatum mortale, vel veniale. Sed hoc pun-  
ctum ſuprà cap. 6. huius libri latè tractavi, circa vo-  
tum ſimplex paupertatis, ubi primum oſtendimus  
contra Antonium & Gerſonem, non omnem ma-  
teriam minimam ſufficere ad peccatum mortale;  
deinde ſuſe in quiſivimus regulam aliquam ad deſi-  
niendam materiam, quæ in hac tranſgreſſione ſuffi-  
ciat ad peccatum mortale, eamque, ut potuiſmus, tra-  
didimus, & quo modo ad votum etiam religioſorum  
ſit applicanda, declaraviſmus.

Quapropter hinc ſolum occurrit huic dubio con-  
iungere aliud, an ſcilicet, ſuppoſita ex parte mate-  
riae ſufficienti quantitate ad peccatum mortale, ſi  
dominium eius uſurparetur, eadem ſufficiat, ut ſit  
peccatum mortale accipere illam, ſine licentia ſu-  
perioris, quādo non accipitur, ut habeatur tanquam  
propria, neque ut occulte, & quali fortuitè poſſideatur,  
vel extra religionem expendatur; ſed ſolum  
religioni incoꝑetetur, & publicus, ac communis uſus  
illius habeatur cum propoſito relinquendi il-  
lum, quādo ſuperiori uſum fuerit. Videtur enim  
tunc tale peccatum, non eſſe peccatum mortale;  
nam licet materia eius remota ſit res grauis, proxima  
videtur eſſe levis; hæc enim duo ſeparabilia ſunt.  
Quod declaro in materia furſi; nam decem aurei,  
materia ſaris grauis eſt ad furſum, & nihilominus  
accipere illa, non ſimpliciter, ſed mutuo ad breuè  
tempus, cum propoſito reddendi, & ſine morali  
periculo alterius nocenti, non videtur eſſe pec-  
catum mortale; quia talis actio circa totam illam  
quantitatem moraliter loquendo eſt levis iniuria,  
quæ eſt materia proxima, ſeu actus exterior iniuſti-  
tiæ, à quo ſumi debet grauitas culpæ, quæ eſt in vo-  
luntate facienti talem actum. Ita ergo in præſenti  
grauitas culpæ quæ formaliter eſt in voluntate acci-  
piendi aliquid, ex grauitate ipſius acceptionis ſu-  
menda eſt. Grauitas autem acceptionis, non eſt ſola  
quanti-

Infero ad  
traditā do-  
ctrinam ad  
quæ quan-  
tas ſuffi-  
ciat ad  
peccatum  
mortale.

24.  
Quæ mabo.  
ſi a quanti-  
tas ſi ne-  
ceſſaria ad  
peccatum  
mortale.

25.  
Dubitatō,  
ſi prima an-  
ſi accipere  
et publicis  
et commu-  
nem o. ut,  
ſi peccatō  
ſi graua.



quantitate rei acceptæ; sed ex inordinatione intrinsicæ ipsius acceptionis sumenda videtur, id est, ex appropriatione, quæ per talem acceptionem fit. At verò quando acceptio fit prædicto modo, & cum intentione explicata, videtur esse minima appropriatio, quia solum est in exercitio talis actus accipiendi quasi in fieri, ut sic dicam, non tamen in termino eius, neque in re accepta, nimirum, quia acceptio fit sine licentia, res verò accepta nullo modo usurpatur, nec tenetur tanquam propria; ergo.

26. In contrarium autem est, quia hic actus reuera est proprietatis, & dominii; ergo si fiat circa magnam quantitatem est peccatum mortale. Antecedens patet, quia non fit nomine alieno, sed proprio, cum non fiat ex aliqua licentia, vel voluntate superioris, expressa, aut tacita, ut in casu supponitur. Consequentia verò probatur, quia ille actus accipiendi suo est peccatum mortale, cum sit contra votum; ergo si in particulari versatur circa magnam quantitatem, erit etiam in individuo peccatum mortale. Patet consequentia, quia in actibus, qui ex genere suo sunt peccata mortalia, regula generalis, & communiter recepta ad iudicandum etiam in particulari esse talia, est quantitas materia. Nec satis est respondere, actionem illam non esse grauem, etiam si in magna quantitate versetur; tum quia sequitur, accipere etiam mille aureos, vel res tanti valoris, v.g. libros, imagines, & similia ad communem usum sine ulla licentia, non esse peccatum mortale, quod absurdissimum videtur, & in magnum dispendium disciplinae religiosæ; tum etiam, quia accipere rem aliquam, & incorporare illam religioni, non est actus parui momenti, imò est usurpatio potestatis propriæ superioris, & licet materialiter, ut sic dicam, videatur esse vtile religioni, tamen moraliter potest esse valde nocuum.

27. Ad hanc difficultatem aliqui sub distinctione respondent: aut enim religiosus accipit rem, ut ea utatur, sine alio superioris consensu; vel ut ad communem usum illam deputer. In priori casu censetur esse peccatum mortale, si quantitas sit ex se sufficiens ad peccatum mortale proprietatis, quia ille actus proprietatis est, quantum esse potest, quia includit acceptionem, retentionem, & usum sine licentia superioris; ergo ex parte actionis habet omnem rationem proprietatis, quam habere potest. In posteriori autem casu non censetur religiosus aliquid accipiendo esse proprietarius, dummodo statim sine mora notabili rem tradat communi usui, nam si sit in mora voluntaria, incidit in proprietatem, rem occultè apud se detinendo, & quasi nomine proprio illam possidendo. Seclusa verò hac mora, licet illa acceptio indebito modo fieret, ex defectu obedientiæ, non tamen videtur proprietaria, cum statim res communitati tradatur.

28. Hæc verò sententia quoad priorem partem videtur nimis rigorosa; quoad posteriorem verò falsa; vel nimis ampla. Primum declaro, nam res quæ accipitur ad proprium usum, duplicis generis esse potest, scilicet, aut pertinens ad ordinarium usum religiosum, ita ut de bonis monasterii accepturus esset rem similem ad suum usum, & in locum illius retineat, quam occultè accipit, non quidem cum maiori proprietate, vel reservatione, quam similem teneret si à Monasterio illam accepisset; & in hoc casu videtur prior sententia valde rigorosa si ad illum applicetur, quia tunc perinde est ad suum usum illam tenere, ac communi illam deputare, quia communis usus talium rerum, non aliter est communitatis, nisi quatenus diuisus est per singulas personas, ita ut apud nullam sit res similis tanquam propria, quia semper potest à superiore auferri; ita verò contin-

git in præfenti; nam supponimus tali animo usum illius rei retineri. Item, quia religiosus habet licentiam à superiore tacitam, vel expressam, ut talis in communi utatur, v.g. pileo, veste, libro talis auctoris, &c. ergo quòd illam generalem facultatem applicet ad hanc rem particularem, proprio arbitrio, & sine voluntate superioris, vel non est proprietatis, quia semper seruetur respectus ad aliquam voluntatem superioris, & ad communem usum, vel certe est admodum leuis, & insufficiens ad peccatum mortale; at verò si res quæ accipitur, & retinetur ad proprium usum, non pertinet ad communem usum religiosorum, ut sunt victus, vestitus, vel instrumenta, necessaria ad proprias actiones, ut libri, &c. sed est extraordinaria, pertinet scilicet ad peculiarem, & extraordinarium usum: ut pretiosa imago, & similia, quæ ad peculiarem ornatum, aut curiositatem, vel commoditatem pertinent, & in his rebus videtur habere locum prior sententia, quia in eis procedit maximè ratio eius, quæ vrgens videtur.

29. Secundum declaratur, quia licet res accipiat, ut statim communitati tradatur, & de facto ita fiat, nihilominus ipsa acceptio, non solum contra obedientiam, sed etiam contra paupertatem esse videtur, quia nomine proprio fit, cum omnino sine licentia fiat, ut supponitur; non enim habemus aliam regulam ad explicandam hanc propositionem, nisi quòd actio fiat independentè à voluntate alterius; fit autem hoc modo, quando fit sine licentia eius, ut supra declaratum est, ergo cum illa acceptio fiat sine licentia, fit nomine proprio, ergo actus proprietatis est, ergo est contra votum paupertatis, etiam si præfite in ea fistatur, & quidquid postea sequitur, contra paupertatem non fit. Et consumatur, quia aliàs ubi accipere aliquid non esset prohibitum sub præcepto obedientiæ, nunquam talis acceptio esset peccatum mortale, etiam si esset in maxima rarum, & pecuniarum quantitate, quæ videtur nimia licentia. Sequela verò patet, quia ille actus ut est contra obedientiam non est peccatum mortale, quia supponimus non esse latam legem, nec præceptum in virtute obedientiæ, ergo si non violatur votum paupertatis, non est vnde hoc sit peccatum mortale.

30. Integra resolutio huius dubii pèndet ex aliquibus sequentibus, & ideo non potest hic perfecte tradidi. Quapropter nunc solum assero, hanc acceptionem, præfite spectatam, esse non tantum contra obedientiam, sed etiam contra votum paupertatis, independentè à futura retentione, vel usu, nam hoc conuincit ratio proxime facta. Nihilominus tamen addo, quando res statim traditur communitati, & illa intentione accipitur, regulariter excusati acceptionem à peccato mortali, non tam ex leuitate materiæ, quam ex præsumpta voluntate superiorum, quibus licet modus displiceat, non tamè quòd aliquid pro tota communitate tribuatur, quæ coniectura videtur moraliter sufficiens, quando aliquid in particulari non occurrit, quod vehementer faciat coniecturam in contrarium, aut nisi ex consuetudine aliud constet, ubi autem moraliter constaret, aut valde probabiliter præsumeretur, non esse voluntatem superioris, ut aliquid accipiat, etiam ut tradatur communitati, non video quomodo possit talis acceptio, si sit in graui quantitate, à culpa graui excusari.

31. Eodem modo iudicandum censeo, quando res accipitur, & applicatur ad usum proprium accipientis, loco alterius rei similis, quæ ad similem usum ex bonis communibus religionis danda est, solura adiungitur hic maior grauitas ex hac circumstantia applici-

applicandi propria autoritate rem talem ad suum usum. Quantum autem hæc circumstantia aggruet, dicemus in dubiis sequentibus, pender enim ex illis. Hic autem animadvertere oportet, ne res quæ accipitur sit multo pretiosior quàm illa, quæ in religione danda erat; nam tunc ex ea parte semper reputabitur res, & vsus eius extraordinarius, ac peculiaris, & consequenter maior proprietas interueniet. Idem est si res accipitur, & habeatur cum maiori abundantia, quàm solet ad religionem dari, etiam ubi commode potest, & prouidet, vt si accipitur duplicata, vel triplicata vestis, vel libri superflui, ac non necessarij, &c. Nam tunc illud peculium sine dubio nimis proprietarium est. Dico autem, vbi religio commode potest, & prouidet, quia vbi ipsa deficit in necessarijs, & conuenientibus iuxta ordinarium modum viuendi talis religionis, siue id sit quia non potest, siue quia Prælatus non vult prouidere, tunc facilius potest excusari à graui culpa acceptio rei, sic necessaria, vel propter præsumptam voluntatem superioris, quia tunc immeritò esset inuitus saltem de substantia receptionis, vel quia vsus ille de se communis, est tali religioni, & res etiam per talem receptionem efficitur communis, vt statim dicam, & sub ea intentione recipitur.

Vltimò in hoc puncto concludo, quando religiosus aliquid accipit sine vlla voluntate superioris, etiam præsumpta, sine vilo proposito retinendi talem rem in particulari, vel applicandi illam propria autoritate ad particularem vsum; tunc multo maiorem quantitatem necessariam esse ex parte rei acceptæ, vt ille actus sit peccatum mortale, quàm cum acceptio ad retentionem, vel vsum proprietarium ordinatur. Probatur ex ratione dubitandi in principio posita, quæ hoc saltem probat, quia deformitas acceptiois præcise sumptæ, multo maior est, etiam circa grauiorem materiam. Item quia vix ibi apparet affectus proprietarius, cum pro sola communitate, & eius vsu res accipitur. Oportet ergo vt magna sit quantitas, quanta verò sufficiat, prudenti arbitrio est relinquendum, considerato vsu religionis, ac decentia, & alijs circumstantijs eius.

Statim verò occurrit dubitandum, an res sic accepta fiat monasterij, & consequenter an religiosus, qui illam accipit, debeat eam monasterio tradere, vel ite reddere qui illam dedit. Ratio autem dubitandi est, quia nullus acquirit nouum dominium sine acceptioe; monasterium autem non acceptauit dominium talis rei; ergo non acquisiuit dominium eius. Minor patet, quia monasterium non acceptat, nisi per Prælatum, supponimus autem Prælatum, nec expresse, nec tacite velle talem acceptioem. Respondetur primum omnium consideradum esse intentionem, & voluntatem donandi; nam si ille non habuit voluntatem absolutam donandi, sed solum sub expresse vel tacita conditione, quòd illa res cedat in proprium vsum ad dominium talis personæ, & ab illa possideatur independenter à superiore, tunc res non acquiritur monasterio, non tam ex defectu acceptantis, quàm donantis, quia cum conditionalis non ponat in esse, ille non habuit voluntatem donandi monasterio; & quamuis conditio posita fuerit iniqua, nihilominus fuit sufficiens ad suspendendam, seu impediendam voluntatem donantis. Quocirca in eo casu, non potest religiosus talem bona apud se retinere, nec etiam Prælato, seu conuentui illa donare; nam primum esset contra paupertatem, secundum autem esset contra iustitiam; debet ergo illa reddere vero domino, id est, ei, qui donauit, quia ille nunquam dominium à se abdicauit, cum sufficientem voluntatem non habuerit.

Dices, saltem poterit Religiosus petita licentia à Prælato, de statu relig. tom. 3.

superiore talem rem ad suum vsum retinere, quia tunc iam non agit contra paupertatem, nec etiam contra iustitiam, cum conditio adiecta à donante impleatur. Respondeo, si voluntas donantis fuerit, vt talis res immutabiliter, vt sic dicam, & irreuocabiliter à Religioso possideatur, sic conditionem esse prorsus iniquam, & contrariam paupertati, ideo que talem donationem acceptari non debere, nec posse, quia virtute esset velle possidere rem modo proprietario, neque etiam superior potest dare talem facultatem irreuocabilem. Quod potest à simili confirmari, quia legatum relictum religioni sub conditione repugnante paupertati acceptandum non est, imò est ipso iure nullum, vt dicemus infra tractando de paupertate Societatis. Et in terminis docent Bart. Authent. *Excipitur*. num. 2. *Surdus de Alimentis*. Priuil. 79. num. 4. *Mol. tol. 1. de Iust. disp. 140.* Si autem conditio posita à donante solum est, dummodotalis religiosus ea re vtatur, statim verò ac prohibitus fuerit à superiore illa rei, sibi restituatur, tunc voluntas non est absolute iniqua, sed est limitata ad dandum vsum tali personæ, quandiu ei prohibitus non fuerit, & ideo durante licentia, potest religiosus sine culpa illum vsum retinere. Quia verò hic modus conditionis continet quandam coactionem moralem respectu superioris, ideo talis facultas concedenda non esset, nec talis donatio admittenda, videtur enim superior cogi ad concedendum tali religioso huiusmodi rem, & vsum eius, ne religio videatur omnino illa commoditate priuari. Sed hoc minus incommodum est, quàm admittere illud priuatum commodum, cum vmbra, ne dicam specie palliatæ proprietatis, quæ in magnum detrimentum religionis vergere potest.

Alio modo potest hæc donatio ex parte dantis fieri cum absoluta voluntate donandi. Et tunc dicendum est, eum qui sic donat, verè spoliari dominio rei, transferri autem non in religiosum, sed in religionem (excipio Religionem S. Francisci, quatenus in hoc peculiari iure vitur.) Hæc assertio sumitur ex communi regula iuris, quòd quidquid acquirit Religiosus, acquirit Religioni. c. *statutum* 18. q. 1. sicut seruus acquirit domino; nam in hoc æquiparantur, iuxta communem doctrinam Baldi, Plinii, & aliorum quos refert, & sequitur Nauar. *commen. 2. de regul. n. 30.* & sequentibus. Dices, hoc verum esse quando Religiosus acquirit, tunc autem non videtur acquirere, quia nec sibi cum non possit, nec monasterio, cum illud non consentiat. Respondetur, etiam si religiosus sine vlla licentia accipiat aliquid, illud acquirere monasterio; quod docet expresse Innocentius in cap. *cum olim*, de priuilegijs num. 3. vbi etiam monasterio verante aliquid acquirere, si nihilominus acquiratur, dicit acquiri monasterio argumeto l. *Etiam*. ff. de acquir. rerum dom. quæ parum certè probat, nam solum dicit seruus furtiuum acquirere domino, qui bona fide eum emit, non tamen dicit acquirere domino inuito, seu prohibente acquisitionem. Eandem verò sententiam tenet Abbas in cap. *Cum ad monasterium*, de statu Monach. n. 2. Nauar. dicto *comment. 2. num. 32. & 33.* ratio autem reddi potest, quia cum hoc cedat in commodum religionis, quantumcunq; contradixerit acceptio, postquam tamen facta est, semper censetur illam acceptare, quatenus sibi potest prodesse, & non obesse; vel etiam dici potest, iure ipso esse validam, & acceptatam donationem. Fauetque Concilium Trident. *sess. 25. cap. 2. de Regularib. ibi, etiam quouis modo ab eis acquisita, & infra, sed statim ea superiori tradantur, conueniuntque incorporentur.*

Hoc autem cum hac moderatione intelligendum existimo, vt, quantum est ex parte donantis, & reli-

Legatum repugnans paupertati religionis, est ipso iure nullum.

Religiosus quidquid acquirit, monasterio acquirit.

36. Limitatio religiosi resolutionis

*circave-  
caisonem  
taise dona-  
tionis.*

giosi accipientis, res illa acquisita sit monasterio, nec possit eorum arbitrio donatio reuocari; nihilominus tamen quando à Prælato acceptata non est, possit voluntate eius rescindi, & res ipsa domino restitui. Mouet ex principio communiter recepto, quòd contractus factus à Religioso sine licentia Prælati valet, quatenus est vilis monasterio; potest autem à Prælato irritari, vt videre licet in Nauarro suprâ, & latius infra dicemus; idem ergo est de quacunq; donatione, vel acquisitione, valet enim, tamen à Prælato irritari potest, si iudicauerit non esse expediens religioni rem illam retinere, siue id propter rationem, vel vtilitatem temporalem, siue propter spirituale bonum Religionis. Dices, hoc non esse singulare in huiusmodi rebus; seu bonis acceptis à religioso, sine licentia Prælati; nam etiam de aliis rebus monasterij potest Prælati disponere prout expedire censuerit, quia sunt eius administrationi commissa. Respondetur longè diuersam esse rationem; nam alia bona sunt sub absoluto, & vt sic dicam, sub firmo dominio monasterij, & ideo non possunt alienari, vel expendi; nisi in vtilitatem monasterij, vel ex iusta causa, iuxta regulam, & consuetudinem monasterij. In præsentem verò casum, acquisitio facta superiore repugnante, vel sine ipsius licentia tacita, vel expressa, nondum est firma, licet sit valida, nam irritabilis est per superiorem, & ideo talis irritatio non est propriè alienatio bonorum monasterij, multo que facilius, & ex lenioribus causis fieri potest.

37. *Ultima dubitatio, an acceptio quoad solum vsum sit peccatum graue ex vi solius materia.*

Ultima dubitatio superest circa hanc acceptio- nem, si sit quoad solum vsum, dominio remanente apud donantem, an sit etiam contraria paupertati, & possit esse ex vi solius materia, seu quantitatis eius peccatum mortale. Ratio dubitandi esse potest, quia ibi nulla est proprietatis, neque proprietarius vñs; ergo non est transgressio paupertatis, sed solum obedientiæ, seu abiectionis regulæ. Antecedens patet, quia ille, nec directe neq; indirecte accipit dominium, quia vt supponimus, ita accipit rem, vt semper possit à donante repeti, quando consumpta non fuerit; neq; etiam accipit vsum proprietarium, quia non habet illum nomine proprio, sed nomine alterius, scilicet veri domini: ergo.

38. *Duplex genus bonorum vsum consumptibilium.*

Hæc dubitatio magna ex parte pertinet ad tertium membrum suprâ propositum, de vsum rerum contrario paupertati. Et ideo breuiter aduertendum est, sermonem esse posse de bonis, quæ suo proprio vsum consumuntur, vt maximè sunt, quæ pertinent ad cibum, & potum, & inter hæc bona potest etiam pecunia numerari. Alia verò sunt bona, quæ licet mobilia etiam sint, & corruptibilia, habent tamen permanentem vsum omnino distinctum à proprio dominio, & distincto pretio æstimabilem; & vtraque ex his bonis accipi possunt, vel ad vnum tantum actum transeuntem, vel vt retineantur, & conseruentur ad durabilem vsum, vel vt paulatim consumantur. Denique possunt hæc bona vel vsurpari à Religioso ex communibus bonis monasterij, vel accipi ab aliquo externo ex bonis eius cum expressa, vel subintellecta declaratione, quòd solum ad vsum recipiantur.

39. *Primo assertio de bonis monasterij vsurpari.*

Primo ergo dicendum est, vsurpari aliquo ex dictis modis propria authoritate aliquid ex communibus bonis monasterij, ex se contra paupertatem esse, imò & contra iustitiam; sæpe autem excusari à peccato mortali, ex parte materiae, præsertim quando per talem vsum bona non consumuntur extra religionem. Probatur regula in generali, quoad paupertatem, quia talis vsurpatio est actus proprietatis, sit enim propria authoritate tanquam à proprio domino, sine vlla licentia Prælati, vt supponimus: quo-

ad iniustitiam verò, quia est vsurpatio rei alienæ inuito domino, scilicet ipsa religione apud quam est tantum bonorum dominium, vel administratio æquiualens quantum ad hoc (vt Minores comprehendamus.) Atque hinc sequitur talem actum duplici titulo esse peccatum mortale ex suo genere, scilicet, religionis, & iustitiæ. Neque in hoc inuenio dissensionem inter authores, nec rationem dubitandi; nam quæ in principio posita est, ad summum procedit in bonis extrinsecus aduenientibus, quorsus vsus à vero domino confeditur, de quibus dicitur statim; nam in bonis religionis hoc locum non habet. Dixi tamè, si propria authoritate hæc bona monasterij vsurpet, nam si verus dominus illorum, id est, religio talem vsum concessisset, eo ipso esset licitus quantum est ex parte iustitiæ, & paupertatis; tunc autem iam non esset casus de quo loquimur, quia iam talis acceptio ad vsum non esset sine licentia Prælati, nam per illum constare debet de voluntate religionis.

Difficultas autem non parua est, in explicanda, & confirmanda grauitate culpæ in indiuiduo, cum religiosis propria authoritate pecuniam, vel aliud ex communibus bonis monasterij vsurpat. In quare, (vt hoc semel dicam) duo extrema cauenda sunt, scilicet, ne nimium alleuando culpæ relaxationi occasionem tribuamus: & ne religiosius quam par est eas aggrauando, homines fragiles (quales maiori ex parte sumus) periculis exponamus; & quia hoc posterius grauius est, magisq; religioni contrarium; ideo si in aliquod extremum (quod vitandum est quoad fieri possit) inclinandum sit, potius ad lenitatem quam ad rigorem propendendum esse. In prædicta ergo difficultate, in primis cetero acceptio- nem pecuniae maxime esse detestabilem in hac materia, neque in ea posse distingui acceptio- nem quoad vsum, vel quoad dominium, quoad morealem violationem paupertatis, tantum enim valet vñs eius, quantum ipsa, & æque damnificatur religio acceptio vñs, quo expenditur ipsa pecunia; & quoad hoc parum refert quòd pecunia accipiatur statim expendenda, vel retinenda, & conseruanda pro aliqua opportunitate; nam licet hoc posterio- ri modo multum augeatur deformitas culpæ & proprietatis, tamen vtrumque per se sufficit ad culpam mortalem, si materia attingat quantitatem, saltem quatuor atque eorum, iuxta superius dicta, & interdu poterit minor sufficere iuxta occurrentes circumstantias. Nec videtur sufficiens excusatio ab hac culpæ grauitate, quòd fortasse pecunia expendatur, emendato aliquid, quod loco illius bonis Monasterij incorporaretur: nam licet damnium religionis inde minui videatur, tamen actus ipse nimis proprietarius est, & in rigore iustitiæ etiam illa est gratiæ iniuria.

Deinde in aliis bonis vsum consumptibilibus, pertinentibus scilicet ad cibum, & potum, sit tantum ad proprium vsum actuale, vt sic dicam, & transitorio aliquid sumatur, regulariter non videtur peccatum mortale, nisi damnificatio religionis esset nimia, & in re extraordinaria ac pretiosiore, extra huiusmodi enim casum res huiusmodi reputantur lenioris conditionis; & quamuis Prælati hoc displiceat, non tamen ita sunt inuoluntarij, vt illam reputet materiam grauem in ordine ad paupertatem, sed solum in ordine ad decentiam, & perfectionem religionis. Accedit, quòd Religiosi quoad vsum huiusmodi rerum tractantur vt filij, inter parentem autem & filium non censetur similis actio grauis. Secus verò esset si huiusmodi res in magna quantitate acciperentur, & occulte retinerentur paulatim consumerentur; nam illud esse posset graue peccatum, quam-

*40. Difficultas quæ sit horum peccatorum an sit actuum.*  
*Religiosis pro materia pecuniae vsurpari.*  
*41. Reuerentia vsurpari non videtur peccatum mortale.*

uis ad id discernendum in particulari magna prudentia necessaria sit. De alijs vero rebus, quae vsum non consumuntur statim, si non accipiantur, vt occulta, & tanquam propria possideantur, sed solum ad vsum publicum, & expositum arbitrio superioris, sicut retinentur res aliae, ordinarie existimo materiam esse solum peccati venialis, nisi peculiares circumstantiae intercedant, quae indicent deformitatem grauiorem, vt si id fiat frequenter, & quasi ex animo deliberato applicandi illo modo res monasterii ad suum vsum, vel si ob eam causam priuauerentur alij vsum talis rei cum notabili incommodo illorum, aut monasterii, de qua re plura in sequentibus dicemus.

Secundo dicendum est accipere dicto modo aliquid ad quemcumque vsum proprium ab aliquo externo de bonis eius, non est peccatum iniustitiae; tamen etiam est contra votum paupertatis. Prior pars constat, quia ibi nihil accipitur invito domino, volenti autem non fit iniuria. Posterior pars probatur, quia ille etiam est actus proprietatis repugnantis paupertati religiosae. Nam licet in eo casu religiosus non vtatur tali re vt dominus eius; tamen in acceptando illo vsum se gerit vt dominus, vsum autem ille pretio aestimabilis est; nam si sit actus, quo res consumitur, tunc est aestimabilis moraliter, quanti res ipsa; si autem vsum, salua substantia rerum, sit pretio aestimabilis, distincto à valore rei, qui ergo illum vsum accipit suo arbitrio, & sine licentia, iam accipit aliquid pretio aestimabile proprio arbitrio, & sine facultate superioris; ergo quoad id se gerit vt dominus. Vnde licet per votum paupertatis non excludatur simpliciter vsum facti, à superiore concessus; excluditur tamen vsum facti proprio arbitrio vsurpatus, etiam si ille vsum à domino concedatur, hoc enim pertinet ad rationem iustitiae, & non ad rationem paupertatis. Confirmatur, & declaratur; nam dominus concedendo talem vsum concedit plane aliquod ius vtendi, quod ius aestimabile pretio est, etiam si pendat à domino, qui potest illud reuocare: ergo paupertas laeditur, cum tale ius proprio arbitrio recipitur, & in actum reducitur. Atque hoc etiam confirmat vsum, & communis sensus religiosorum, qui hoc modo, & intentione intelligunt emitti votum paupertatis, scilicet non habendi rem vllam, neque vtendi illa, nisi ex voluntate Praelati; vnde omnis vsum sine hac licentia expressa, aut interpretatiua proprietarius censetur, etiam si non sit de rebus proprijs, sed de alienis.

Ad indicandum autem de grauitate culpae, quando vsum est salua substantia rei, non est consideranda quantitas, seu valor rei quae ad vsum conceditur, sed sola aestimatio ipsius vsum, quia solus ille accipitur, & ex hac parte saepe multum minuetur culpa. In alijs autem rebus, quae vno vsum consumuntur, parum refert distinguere vsum à dominio, quod ad praesens attingit, quia si res consumitur, tota res accipitur, cum vsum accipitur; & ideo iuxta superioris dicta de quantitate huius materiae, de hac etiam acceptioe indicandum est, eritque maior grauitas si res in magna quantitate accipiat, vt occulte retenta paulatim consumatur; nam accipere solum rem ad vsum tantum actum vtendi, v.g. comedendi, aut bibendi, regulariter non aestimatur materia grauis diuitia, vel alia obseruantia religiosa. In acceptioe autem pecuniae semper est maior deformitas, inquam.

Imò censo, licet mutuo accipiat, non excusari à culpa graui, quamuis tunc necessaria videatur ma-

ior quantitas, quam si dono acciperetur, quia reuera iuxta moralem aestimationem minus est id, quod accipitur. Quoniam vero per mutuum, quantum ex vi contractus, acquiritur dominium cum obligatione soluendi, ideo talis actio proprietaria est, & repugnans paupertati, tum quia per eam accipitur aliquid tanquam proprium, cum sine licentia accipiat, tum etiam, quia obligatur religiosus ad aliquid reddendum propria etiam autoritate; quae obligatio neque in ipso firma esse potest, nec moraliter loquendo impleri, si pecuniam expendat, cum neque ipse habeat vnde soluat, neque etiam monasterium in eo casu obligetur. Loquimur enim, quando mutuum propria autoritate accipitur, sine voluntate tacita superioris, & expenditur in vsum non necessarios, ad quos religio non tenebatur. Nam si religiosus de licentia superioris esset absens, & agrotaret, vel alia ex causa indigeret ad vsum sibi necessarios, quibus religio debet, & solet providere, tunc in accipiendo mutuo non est proprietatis, cum sufficiens licentia intercedat, & religio tenebitur ad solutionem eius, cum teneatur religio in necessarijs providere. Quod cum alijs notauit Turcicemata in dicto cap. Non dicatur. art. 7.

Dices interdum potest religiosus aliquam pecuniam accipere, vt eam reddat tertiae personae, quod non videtur esse peccatum graue, quia ibi religiosus nihil videtur sibi acquirere, sed tantum esse instrumentum, quo pecunia illa donetur tertiae personae; ergo accipere pecuniam iterum reddendam ipsimet domino, non erit peccatum graue contra paupertatem. Respondeo distinguendo antecedens, dupliciter enim potest id fieri, primo, vt res immediate donetur religioso, quamuis ipse eam accipiat animo donandi illam tali personae, & non retinendi illam, vt propriam; secundo, quod donatio immediate fiat tertiae personae, etiam, ex intentione ipsius dantis; ipse autem religiosus solum sit veluti minister, & sequester quo mediante pecunia ab vno in alium transfertur. Si ergo antecedens intelligatur priori modo, falsum assumit, quia illud ex genere suo peccatum graue est; imò duo peccata ibi interueniunt, vnum accipiendo, nam est actus proprietatis, & dominij; aliud postea dando tertio, tum propter eandem rationem, tum etiam quia iam fit iniuria religioni, cui iam fuit ius acquisitum per priorem acceptioem. Si vero antecedens intelligatur in posteriori sensu, sic verum est quod assumitur; nam illud reuera non est contra paupertatem, poterit autem esse contra regulam, vel obedientiam, si in religione prohibita sit, ne aliquid simile absque licentia fiat. Et ita resoluit Sanchez lib. 6. de matrim. disput. 4. §. sexto infertur. In eo autem sensu non refert infertur consequens, nam qui mutuo pecuniam accipit, dominium acquirit quantum est ex modo actionis, & de illa potest tanquam dominus disponere, licet teneatur eam postea soluere. Eset autem simile si religiosus acciperet ab alio pecuniam tantum in custodia vt eam reddat quoties dominus voluerit, illud enim per se non est contra paupertatem, licet possit esse contra obedientiam, & contra decentiam religiosam, si occulte fiat. & in vniversum cauendum est in huiusmodi actionibus, ne aliquid palliate, vel simulate fiat contra paupertatem, quod multum pendet ex tacita intelligentia, & bona, vel mala fide operantium.

45. Obiectio.

Respondeatur sub distinctione.

Accipere pecuniam in custodia non est contra paupertatem.

